



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hesus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs LXXI. [i.e. LXXII.] In te Domine speraui, non confundar in
æternum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

PSALTERIUM.

155

Iubila lætantes animos! testantia fundent,
 Quorum sunt soli dedita corda tibi.
 Hiuerba assiduis gratantia uocibus edent,
 Gloria, laus, & honor, fit tibi summe Deum.
 Et nunc exilio, nunc paupertate maligna
 Pressus, in hostiles sum data præda manus.
 Festinam Deus affer opem, ne forte moreris,
 Tu mihi nam Deus es, tu mihi certa salus.

PSALMVS LXXI.

In te Domine sperauí, non confundar in æternum.

ARGUMENTVM.

Caret Psalmus titulo, fortasse, quod sic oratio totius Ecclesiæ omnium temporum pro conseruatione uerbi, et liberatione a Tyrannis & persecutoribus, quos Ecclesia semper passa est, maxime autem in postreniis temporibus, quæ sunt ueræ Ecclesiæ senium, propterea quod spiritus & alia dona sunt rariora, quam fuere in primitiua Ecclesia & sub Prophetis.

Rebus in afflictis Dominum sibi adesse precatur,

Et quam non habeat, ferre salutis opem.

Hæc tamen ipsa potest Ecclesia uoce precari,

Præcipue hoc ipso tempore penè senex.

O Pater, ô dominum diuīmq; æterna potestas!

Fidere cui possum te sine nulla uia est:

Deni-

†

Prior pars
psalmi in ille est
nisi precatio, q
uarie pro affe
ctu mentis ex
ponit interrex
tis aliquibi easf
sus &c.

* Gentes non
circunciden-
tur, non aliae
gis opera faci-
ent, Hoc faci-
ent, adorabūt
& seruent ei,
Psal. ii.

Regnum
Gratiae.

Ecclesia occi-
ditur.

Hoc insigne
est, quod audit
orantes.
Comparat Ec-
clesiae incremē-
ta fœcundo a-
gro.

Alludit ad pro-
missionem, be-
nedicentur in
eo omnes gen-
tes.

ΕΩΙΦΩΝΗΛΑ

Fortunati Arabum reges, regesq; Sabæi,
Debita de patria gente tributa ferent.

* Hunc & adorabunt reges, & seruient illi
Quicquid ubiq; hominum maxima terra creat.
Eruet ille, in opes depresso mole laborum,
Et quibus auxilijs spes rata nulla fuit.

Exulis atq; in opis miserebitur, ipse salutem
Conferet, & niseris auxiliator erit.

Illorum infantes animas à fraude maligna
Ducet & expositos non sinet esse dolis.

Ipsorum innocuo fusus de corpore sanguis,
Ante ipsum precij nobilis instar erit.

Viuet, & ex Arabum feret aurea munera Gazis,
Perpetuo querulas audiet ipse preces.

Copia nasceretur frumenti in montibus altis,
Illiis, ut Libani, concutientur opes.

Illiis incipient florere per oppida fructus,
Ut noua quæ primo gramina uere uirent.

Illiis æternum manet indeleibile nomen,
Sole sub æternum hoc noble nomen erit.

Hoc Gentes nomen se longè extendet in omnes,
Perpetuo hoc notum tempore nomen erit.

Cuncta per hoc nomen felicia sæcula fient,
Hoc Gentes omnes nomen honore colent.

Dignus es æterno Deus Israëlis honore,
Qui, quæcunq; facis, facta flupenda facis.

Ipsiis æterno nomen celebretur honore,
Ipsiis est omni gloria digna loco.

Finiunt orationes Davidis filij Isai.

¶ Psalmus

